



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 137. Francisci Fervadentii obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

de rebus suo ævo gestis concinnabat Sæc. XVII,  
*Historiam de bello Hungarico inter Turcas A. C. 1610.*  
& Christianos: quinto autem ante obitum anno scriperat Chronologiam Septenariam de *Historia pacis inter Franciæ & Hispaniæ Reges*: postea vero Chronogiam novennem circa bellum sub Regno Henrici IV. Omnia hæc opera Gallico sermone prodiere; latino enim nonnisi suas elucubrabat *institutiones præcipuarum quatuor linguarum Orientalium, Arabicæ, Syriacæ, Armeniæ & Ethiopiæ*. Tandem in Collegio Navarrensi, ubi per plures annos degebat, die vigesima Martii mortalitatem exuit, sepultus in Aede Sancti Victoris.

### §. CXXXVII.

#### *Francisci Fevardentii obitus.*

Alter ex Scriptoribus Ecclesiasticis, qui *Labb. dif-*  
*hunc annum sibi funestum habuere, sert. de*  
*erat P. Franciscus Fevardentius patria Script. Eccl.*  
*Normanus ex Ordine Fratrum Minorum tom. I.*  
*Theologus ac Facultatis Parisinæ Doc-*  
*tor, qui sermone & opere potens non Dupin. l. 6.*  
*modo Hæreticorum dogmata, sed &*  
*Catholicorum mores in suis concioni-*  
*bus acriter inlectabatur, ac fervente*  
*ligæ Gallicæ æstu linguam suam contra*  
*ipfos etiam Galliæ Reges Henricum III.*  
*& IV. vehementer, sed minus sobrie Pa-*  
*rifiis*

Sæc. XVII. risiis acuebat, ubi etiam anno ætatis  
A. C. 1610. suæ sexagesimo nono die prima Januarii  
 naturæ debitum solvit. Anno Christi  
 millesimo quingentesimo septuagimo  
 quinto Opera Irænæi necnon libros Ruth,  
 & Esther, Jonæ Prophetiam, & D. Pauli  
 epistolam ad Philemonem, & S. Jacobi,  
 Petri & Judæ epistolas eruditis com-  
 mentariis illustrabat. Inter plures dog-  
 maticas ejus lucubrationes præcipue  
 celebratur illius *Theomachia Calvinistica*,  
 in qua Calvinistis quadringentos errores  
 exprobrat. Auxerat etiam Alphonsi de  
 Castro libros de Hæresibus: scripsit quo-  
 que Historiam de fundatione Templi &  
 Abbatiae Montensis ad S. Michaelem,  
 & Homilias quasdam in Christi & S.  
 Joannis Conceptionem, & in Jobum:  
 quædam etiam opuscula Sancti Ephrem,  
 aliorumque gallice reddidit præter Po-  
 stillas in Nicolaum Lyranum: denique  
 præter plures alias tractatus edidit an-  
 notationes in tractatum Arnobii junio-  
 ris de concordia gratiæ & liberi ar-  
 bitrii.

### §. CXXXVIII.

*Societatis Scriptores hoc anno  
 mortui.*

*Alegamb.* Plures ex Societate Scriptores admo-  
*Bibl. Script.* dum celebres hoc anno fatis fun-  
*Dupin. l.c.* flos